BnF Gallica

sermo factus et recitatus per Magistrum Petrum de Castelleto, ordinis Eremitarum S. Augustini, in exequiis Ducis [...]

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France. Département des manuscrits. Latin 5888

BnF Gallica

. sermo factus et recitatus per Magistrum Petrum de Castelleto, ordinis Eremitarum S. Augustini, in exequiis Ducis Mediolani, Papiae Virtutumque Comitis, Bononiae, Pisarum, Senarum ac Perusii domini, Joannis Galeaz, anno 1402. sequitur Vicecomitum Mediolani genealogia : eodem authore.. 1403.

1/ Les contenus accessibles sur le site Gallica sont pour la plupart des reproductions numériques d'oeuvres tombées dans le domaine public provenant des collections de la BnF. Leur réutilisation s'inscrit dans le cadre de la loi n°78-753 du 17 juillet 1978 :
- La réutilisation non commerciale de ces contenus ou dans le cadre d'une publication académique ou scientifique est libre et gratuite dans le respect de la législation en vigueur et notamment du maintien de la mention de source des contenus telle que précisée ci-après : « Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France » ou « Source gallica.bnf.fr / BnF ».
- La réutilisation commerciale de ces contenus est payante et fait l'objet d'une licence. Est entendue par réutilisation commerciale la revente de contenus sous forme de produits élaborés ou de fourniture de service ou toute autre réutilisation des contenus générant directement des revenus : publication vendue (à l'exception des ouvrages académiques ou scientifiques), une exposition, une production audiovisuelle, un service ou un produit payant, un support à vocation promotionnelle etc.

CLIQUER ICI POUR ACCÉDER AUX TARIFS ET À LA LICENCE

2/ Les contenus de Gallica sont la propriété de la BnF au sens de l'article L.2112-1 du code général de la propriété des personnes publiques.

3/ Quelques contenus sont soumis à un régime de réutilisation particulier. Il s'agit :

- des reproductions de documents protégés par un droit d'auteur appartenant à un tiers. Ces documents ne peuvent être réutilisés, sauf dans le cadre de la copie privée, sans l'autorisation préalable du titulaire des droits.
- des reproductions de documents conservés dans les bibliothèques ou autres institutions partenaires. Ceux-ci sont signalés par la mention Source gallica.BnF.fr / Bibliothèque municipale de ... (ou autre partenaire). L'utilisateur est invité à s'informer auprès de ces bibliothèques de leurs conditions de réutilisation.

4/ Gallica constitue une base de données, dont la BnF est le producteur, protégée au sens des articles L341-1 et suivants du code de la propriété intellectuelle.

5/ Les présentes conditions d'utilisation des contenus de Gallica sont régies par la loi française. En cas de réutilisation prévue dans un autre pays, il appartient à chaque utilisateur de vérifier la conformité de son projet avec le droit de ce pays.

6/ L'utilisateur s'engage à respecter les présentes conditions d'utilisation ainsi que la législation en vigueur, notamment en matière de propriété intellectuelle. En cas de non respect de ces dispositions, il est notamment passible d'une amende prévue par la loi du 17 juillet 1978.

7/ Pour obtenir un document de Gallica en haute définition, contacter
utilisation.commerciale@bnf.fr.

LATIN
5888

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France. Département des manuscrits. Latin 5888

LATIN
5888

latin 5888

reliure refaite en 1972

~~Tabula historiae septima in pecunia~~
~~versus hostium~~

~~Liber XII~~

Ex libris historialibus Pnl.to primo.

Ad parietem a parte cuiusdam castri. Lza. E.i.

1949

Serino factus et reamatus per Magistrum petrum de Castelleto. ordinis heremitarum sancti Augustini. in exequijs quondam Illustrissimi dñi Ducis Mediolani. papie virtutumq; comitis. Bononie. Pisarum Senarii ac perusij dñi. Johannis Galeaz. anno ccccij. xx. octobris Mediolani in eius palatio hora vigesima prima.

Eu principes et Magistratus heu presules 7 ingens Senatus. heu nobiles et ciuium apparatus quid ad egros solandos egrior missus sum. qd crudo uulneri cicatricem superducere conor? quid tanto uirtutum splendore hic adunato inscius et ignarus coram blacterare p̃sumo? hec me arcent ne loquar. hec mutum efficiunt. Sed prepotentissimi Illustrissimi ac Magnificentissimi Ducis nostri comune dispendium uiget ne sileam coarctat ut eius laudes toti mundo fulgentes vobis depromam. quod in tam perfacile foret q̃ noctue solis radios clara luce intueri. dicam tamen nõ ex fiducia ingenij at diuino perfusus numine qd̃ pro modulo mee paruitatis sufficiet. proponens vestris maiestatibus ad honorem nostri ducis uerbum quod scribitur primi machabeorum. xij. in fine capituli. posuit eum ducem virtutum uniuersarum.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

5888

O Mortalium miseranda conditio que semper in arduum labentium rerum
manuter tendis ut lapsu grauiore ruas. Queris hic fulgentia dyademata ho
nores eximios. longos q̃ potentatus. ubi nulla potentia potens est. nullus
uerus bonos. nullum consistens dyadema. s̃ omnia casus humana rotant.
et quicquid in altum fortuna tulit ruitum leuat. Respice reges et regna quonda atq̃ im
peria inter laudantium ora atq̃ mirantium repente corruisse. ut detur intelligi quod
sectantur non ad id quo tendunt euolant s̃ ad yma dedecorose sepissime dilabuntur.
iuxta euangelicum dictum. Qui se exaltat humiliabitur luce. xiiij. Quisq̃ ꝗ dux et co
mes uirtutum esse concupiscit. stabili fixo q̃ gradu manere inter indiantes celicolar
choros feliciter collocari normam uirtutum ut hic dux noster fecit discat imitari. quia
ut inquit Tullius in philippicis. Omnia alia incerta sunt caduca et mobilia. Virtus
est una altissimis infixa radicibus que nulla ui labefactari potest nec dimoueri loco.
Quicũq; ꝗ uirtutis uestigia sequetur ut hic dux inclitus merito sibi dicetur quod et sibi a
principio diximus. posuit eum ducem uirtutum uniuersarum. qd̃ fuit thema. pro
cuius declaratione potest talis ratio formari. Quisq̃ composite mentis in salo uite
presentis eterni ducis signa sequitur animose illum deus posuit ducem uirtutum uni
uersarum. S̃ dux noster inclitus mente celo deditus eterni ducis signa mirifice est se
cutus. ergo illum deus posuit ducem uirtutum uniuersarum. prima pars antecedentis
patet per illud apostoli secunde thesaloicenses p̃mo. Non enim dedit nobis deus spiritum
timoris sed uirtutis. Et ecc̃. xl. Virtutes exaltant cor. Et hec pauca de prima parte antece
dẽtis. Secũda pars antecedẽtis que est S̃ dux noster iclitus ꝛc̃. patet per illd̃ iob. xxiij. Ve
stigia eius secutus est pes meus uiam eius custodiui et non declinaui ex ea. a mandatis la
biorum eius non recessi et in sinu meo abscondi uerba oris eius. Vt igitur clarius pate
at ip̃m ducem uirtutum fuisse uniuersarũ quia radiũ solis pro insigne portabat ideo ca
piti suo ponemus coronã quatuor radijs distinctã. et in quolibet radio tres stellas fulgẽ
tes. i. tres uirtutes. De qua corona scribitur apocalipsis. xij. In capite eius corona stellar
duodecim que sunt duodecim uirtutes. ¶ In radio ꝗ frontali erunt tres stellẽ. s. Fides
Spes. Caritas. S̃i ergo magnifice dux tua fides primo queratur certe multa est fides tua.
scribitur trenorũ. iij. De qua loquitur gl̃iosus pater noster Augustinus quarto de ciuitate
dei capitulo. xx. dicens. Fides est cuius primum et maximũ offitiũ est ut in uerũ deũ cre
datur. Credidit ergo dux noster et nouit trinã unitatẽ et unicam trinitatem. patrem fi
lium et spiritum sanctum nõ tres deos s̃ unũ deum adorare colere et timere. Vbique
illum esse nouit presentem quem malis uidit absentem. Nouit illum i quolibet loco quẽ
non concludit locus et presens inuenitur i omni loco. Nouit illum qui aspicit terras et
facit eam tremere qui tangit montes et fumigãt. qui nouit malos longa patiẽtia susti
nere. impios gratis iustificare. pseuerantes in malo iusto iudicio iudicare. Et ideo hãc
fidem in hac uita hostili tãq̃ in castris bellicis pro gallea capiti suo imposuit ut sua mẽs
non quateretur ictu aduersary uerberata. Ipsam pro lorica totũ corpus iduit ut ne uni
quidem membrũ corporis sui reperiret diabolus destituti per qd̃ irrepere posset ad totum
corpus. Ipsam tãq̃ scutum assumpsit per quã ignita inimici iacula posset extinguere. Et
non solum deo fidem formati seruauit uerum etiam hostibus cõtra quos belluz gerebat.
licet ab eisdem sibi ut plurimũ fracta fuerit. imitatus principes romanos qui hostibus
etiam fidem seruarunt. nec unquã notari potuit q̃ fuerit fedifragus uel fidei fractor. ut
merito sibi dicamus illud luce. viij. Inclite dux magna est fides tua. uade in pace.

ella p̃mi radij. ¶ Sequit secunda stella. s. Spes. Solent nanq̃ principes quidam manuter spare in Alti
tudine potentie in latitudine fame in profunditate diuitiarum. Ac si potentia queritur
quis potentior isto. Quis oro bella quis pugnas quis classes q̃s acies ordinatas. q̃s ho
stium cuneos refractos quis eruptiones ac repentinos impetus in aduersos. q̃s destruc
tiones presidiorũ hostilium q̃s auxilia et cõmeatus in amicos quas victorias gl̃iosas

non modo uetustas uerum his diebus adeptas. quos triumphos inenarrabiles contra comu
nitates marchiones tyrannos duces comites uerum etiam reges et cesares gloriose a
deptus fuerit digne et laudabiliter explicabit. Et nota q' nunq' fuit causa mouens uel
primaria bellorum atq; guerrarum. sz sibi illatas uiriliter defendit. Fuit g̃ seruator ciui
um uictor hostium punitor sontium et militie restaurator. nec mirũ. Nam deus pugna
uit pro eo et uicit scribitur Judicũ. xuj. Sz in his victoryis non speraui scens scriptũ
esse ecc̃. x. Omnis potentatus breuis. Si famam querimus quis huius principis famã
terrarum angulus ignorat. Nam ut incipiamus ab ultimis. non Britania non hispania
non gallia non germania non Jtalia non sardinia non ciprus non creta non dal
macia non grecia non misia non macedonia non helladia non affrica nõ pamphilia
non licia non Jsauria non egiptus non libia et pontus non denique aliarum gentium
nationes huius fame p̃ncipis expertes sunt. Nam nemora damasca peregrinis odori
bus referta thuris ac balsami siluas huius fame p̃ncipis odor penetrauit. Testantur
dona per omnes mundi tractus ab huiusmodi principe diu cotidie q; perlata indeq; remis
sa. Sz neq; in hoc speraui scens scriptum esse ecc̃. iij. Male fame est qui derelinquit patrẽ
suum salz deum. Si diuitias querimus certe hic animo cresi diuitias equauit dir in mul
tis alios in edificandi magnificentia sese uincens. testantur eius diuitias donate per eum
innumerabiles pecunie. regum ac principum familiaritates. suffragia populorũ. tyria
serica q; suppellectilis. aurea mense uasa corinthia augusta pallatia celestes thalami pre
clara conubia et magnorũ uirorum huius magnifici ducis familiaritates. Sz in hoc non
speraui scens scriptum esse illud Apostoli p̃me thimotheũ. vj. precipe diuitibus huius se
culi non sublime sapere nec sperare in incerto diuitiarũ. Speraui autẽ in deo dicẽs illd
ps. xxvij. In ipso salz deo speraui cor meum et adiutus sum. Cui deus respondet illud. ps
lxxxx. Quoniam in me speraui liberabo eum scilicet a penis purgatoryis. protegam
eum ab inimicis quoniam cognouit nomen meum.

Tertia stella p̃mi radij

Sequitur Tertia stella scilicet caritas. que minus q' inter duos haberi non potest in cuius
operibus se maxime exercuit. De qua dicit beatus pater noster Augustinus in libro de
laude caritatis. Caritas est fons et origo omniũ bonorũ munimen egregium q uia que
ducit ad celum. Quis huius ducis infinitas explicet caritates. Ante deficiet dies q'
harum partem dicerim. dicam tamen. Non pertransiit dies sui principatus quin tre
centi pauperes et ultra eius iuctu reficerentur. preter quas manu sua faciebat quiqua
gesies in anno tot pecbionos dando sigillatim tot pauperib; quot annos habebat.
et uocabantur sue deuotiones. In die ioui sancta semper duodecim pauperib; uelut
duodecim apostolis genu flexo pedes lauabat osculum pedibus figebat exemplo
ducis sui xp̃i. ipsos nouis uestiendo ipsis in mensa seruiendo ipsis postremo tot
florenos sigillatim dando quot annos habebat. Quis totes uirginibus traditis
explicet. quis nobiles pauperes a miseria releuatos enumeret. quis cladestinas
eius caritates ut manem gloriam uitaret factas narrabit. quis pecunias peregri
nis elargitas dicet. quibusdam ad sanctum sepulcrũ. quibusdam ad sanctam ca
therinam. quibusdam ad sanctum iacobum. quibusdam romã. quibusdam ad
alia sacra loca euntibus. Vestiuit ergo nudos. pauit famelicos. potauit sitibũdos.
uinctos a carcere liberauit. hospites ut filios recepit. infirmos curari fecit. et mortuus
honestas exequias condonauit. Si affligebatur populus suus ex grauibus quandoque
impositionibus omniuz in se uertebat dolorem. suspirans gemens et illacrimans q'
ad hec arctaretur. suorum subsanans perfidiam inimicorum ob quã ad hec cogebatur
mallebat in rem suam publicam sic esse q' uidere incensas ab hostibus urbes. ecclesia
manu sacrilega derobari. matronas prostitutas ac oppressas uirgines. et ante ora pa
trum filios iugulari. infinita q; huiusmodi mala que a predonibus et sicaryis ipune
exercen solent. Rigate ergo ora lacrimis o patres. et fontes amarissimos ab orbibus

·Nõ·

Nõ.

educate omis. quia defecit gaudium cordis nostri. uersus est in luctum chorus noster. cecidit
corona capitis nostri ue nobis. scribit trenor ultimo. ⁊ sic patet de p̄mo radio corone nri ducis.

¶ In dextrali autem radio sunt alie tres stelle scilicet Justitia. Fortitudo Temperantia.
Justitia autem ut ait psalmista est declinare a malo et facere bonum. Qꝫ autem dux noster
inclitus a malo declinauerit et fecerit bonum patebit discurrendo. Nam ipse attendebat
illud ecclesiastici. xvj. Deus hominem secundū opera sua iudicat. Et illud apocalipsis xiiij
Opera enim illorum sequuntur illos. Et uere huius ducis nostri opera secuta sunt eū. Qui
neminem iniuste per potentiam oppressit qui sine personarum acceptione inter iurum
et proximum suum iuste iudicauit qui pupillis et iudius defensor extitit qui cohibuit
furta adulteria punuit iniquos non exaltauit impudicos et hystriones nō nutriuit
impios de terra parricidas et praue uiuentes uiuere prohibuit ecclesias defendit. pau
peres elemosinis aluit. iustos super sui dominij negotia constituit senes sapientes ⁊ so
brios consiliarios habuit et habet. iracondiam distulit. patriam fortiter et iuste contra
aduersarios defendit. per omnia in deo confidit. in prosperitatibus animū nō eleuauit.
cuncta aduersa patienter tolerauit. fidem catholicam seruauit. filios suos impie agere nō
permisit. certis horis orationi institit ante horas congruas cibum non gustauit. multis q;
alijs iustis operibus plenus dicere potuit illud psalmi xviij. Deus precinxit me uirtute
et posuit imaculatam uiam meam. Qui perfecit pedes meos tanq̄ cerui orum et super ex
celsa statuet me. Cui et nos respondere possumus illud psalmi. cxviij. Magnifice dux
Justitia tua iustitia in eternum et lex tua ueritas.

¶ Sequitur secunda stella huius radij que est fortitudo eius animi atque patientia de
qua scribitur ecc. xlij. Ipse terribilis dominus et magnus uehementer et mirabilis
potentia ipsius scilicet animi. Et uere mirabilis. Nam dum hic dux inclitus nostre monar
chie frena regebat omnia pacato et tranquillo statu uigebant secundū qd mortalibꝫ
accidere potest. eandem faciem semper placidam et inconcussam seruans. Utq; ait Illu
stris Franciscus petrarcha in bucholicis suis egloga seda. Omnia nāq; oculis unus nec
fallimur ille Letificare suos et fecundare solebat. Illo silua fuit semper sub p̄ncipe tuta
pax inerat fronti purgabat nubila uerbo. Et ideo fuit uelut alter Julius cesar de quo scribi
q; patientissimus fuit in sustinentia contumeliarū in remissione iniuriarum et in mode
ratione penarum. Sic et dux noster multas contumelias ab emulis sustinuit non solum
uerbis sz et scriptis per omnes mundi plagas. ut horror sit non solum dicere sz ⁊ cogitare.
Multas iniurias etiam remisit animo uolenti querens cum omnibus pacem non ex ani
mi pusillanimitate sz ex quadam mentis humanitate. Moderator etiam fuit in penis nā
neq; hic sanguinem fudit neq; sanguinem unquā uisit fundi ex uindicta aut animi per
turbatione non solum in suis uerum etiam in exteris qd in correptione paterna erga filios
uix inuenirī potest. Sciebat enim scriptum esse illud Jacobi p̄. Ira uiri iustitiam dei non ope
ratur. atq; illud psalmiste. Irascimini et nolite peccare. Fuit ergo in aduersis serenus. in
prosperis cautus et humilis. occultator uirtutum sicut et uitiorum. uane glie contēptor
nullius imprudentiā despiciens. Vt merito dicat illud psalmi. cxviij. Fortitudo mea et
laus mea dominus. et factus est michi in salutem.

¶ Sequitur tertia stella huius radij que est temperantia. Nam hic dux temperatissimus
fuit. omnia enim superflua circumciderat et in arctum constrinxerat. Si enim eius cibum
querimus et potum ut inquit Seneca palatum suum fames excitauit non sapores. Vnico
pastu in die contentus ne contra sententiā platonis bis in die saturaretur. Jeiunijs uigilijs
abstinentijs ab ecclesia ordinatis salubriter uacauit. alia supaddendo ieiunia quorundam
sanctorum sibi deuotorum. Et ut breuiter dicam de eius temperantia In incessu statu ha
bitu et in omnibus motibus suis michil fecit qd cuiusquā offenderet aspectum sz qd suam
deceret honestatem. attendens illud Ciceronis dicentis. Temperantia est uirtus animā reges
circa delectationes corporales. que quidem uirtus maxime necessaria est principibus de qua

scribitur ecclesiastes .x. Ve tibi terra cuius rex puer est non annorū sz morum. et cuius princi
pes mane comedūt. Beata terra cuius rex nobilis est et cuius principes uescuntur in tēpore
suo ad reficiendum et non ad luxuriam. Et prouerbiorū .uj. scribitur. Noli regibus dare
uinum quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas. ne forte bibant et obliuiscantur iudicio
rum et mutent causam filiorum pauperis. Exemplum recitat Valerius maximus dicēs. Qz
cum philippus rex macedo temulentus esset iniustam sententiam contra quandam uiduam
tulit. que accedens ad ipsum dixit se appellare a philippo ebrio ad philippum sobrium
qui cum uinum digessisset sententiam reuocauit. Hec omnia considerans dux nr magnu
ficus tam in hac uirtute emicuit ut se ipso contentus esset scies sēptū esse pueribiorū .xxvj.
Qis autē pōderatio nō est digna cōtinētis aie. Et sic patet de sēdo radio corone nri ducis.

Tertius radi. ¶ In sinistrali autem radio sunt alie tres stelle scilicet prudentia pietas et clementia.
Eius nanque prudentia patet in hoc quia scituit discernere bona uera et solida a labētib;
et caducis. q̄ q̄ hec delectent et perstringant oculos intuentiū cepit tamen consaliū apli
ad colocenses .uj. dicentis. Que sursum sunt querite non que super terram. Et illud prime
Iohis .ij. Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt. Qz autē seculi hui bona
oculos amantiū perstringant demulceant q; patet discurrendo per singula. Nam delectat et
mulcet mirabilis celica materia in aere iocundo in lumine solis splendido in augumēto lu
ne et defectu in uarietate stellarum et motu. Delectat terra in nemorum floribus in fruc
tuum suauitatibus in pratorum riuulorūq; amenitatibus in segetum culmis luxuriātib;
in uineārum foliis et botrionibus plenis in palmitibus tensis. in siluarū umbris q̄ cespitib;
cunctis. In equorum canum q; cursibus in ceruorum caprarumq; saltibus i accipitrum
herodiorum q; uolatibus. in pauonum columbarum q; ac turturum pennis et collis lucē
tibus. in domorū pictis muris et laquearibus. in organorū omnium musicorum tinulis
cantantibus. In mulierum uenustis aspectibus earum q; oculis superciliis et crinibus ge
nis et gutture labiis et naso manibus collo et pedibus atq; extrinsecus pretiosis adhibi
tis uestibus auro et gemmis distinctis monilibus muris murenulis uariis q; teretibus q̄ mul
ta talia que modo meus non recolit sensus. Sz certe inquā dux noster q̄ q̄ ista demulceant
que sub celo sunt. quāto magis ea delectant que super celos sunt. quia si carcer mūdi huius
pulcer est patria ciuitas et domus qualis est. si talia sunt que hic incolunt peregrini qua
lia sunt que ibi possident filij. si mortales et miseri in hac uita taliter sunt remuneratī i mor
tales et beati qualiter sunt in illa uita ditati. Vbi nulla necessitas turbat nulla aduersitas an
gustat nulla molestia inquietat sz perhennis letitia regnat. Ideo inquit dux noster Elegi
abiectus esse magis in domo dei mei q̄ habitare in tabernaculis peccatorū. scribit. ps. lxxxij.

Secda stella tertij radij. ¶ Sequitur secunda stella huius radij que est pietas erga dei cultum. Nam hic dux no ster
sacra missarū dictam audebat et audiebat genibus flexis tam attente ut ipsum raptū ad
superos crederes. semper corde et labiis orans percutiens q; pectus suum deo ueniam postula
bat. Quibus peractis bis terq; in ebdomada confitebatur semiprostratus ante pedes patrim
sui. et quotidie per horam post missam solus orabat ante xpi maiestatem capite detecto
Officium autem beate uirginis cui se totum cōmiserat et quam singularissimam habuit
aduocatam cum plurimis aliis laudibus nulla obuiante causa perpetuo dicebat. Et sign
urgente casu uel infirmitate missam nō audiret pro huiusmodi scelere expiando pauprib'
florenos decem ea die erogari faciebat sciens scriptum esse luce .xj. Date elemosinam et
omnia munda sunt uobis. Horum omnium testis sum qui sua erga me singulari benuole
tia ac paterna affectione ad hec audienda et audienda nunquā prohibitus sum. Fundator
etiam extitit atq; auctor plurium ecclesiarum. quas ditauit dotibus amplissimis. et preci
pue monasterij cartusiensium papie. cui ex singulari deuotione sui corporis reliquias ut
fertur nouissime reliquit. Edificauit etiam papie ecclesiam sancti spiritus cum claustro
datis magnis prouentibus ubi perpetuo statuit canonicos duodecim stare et pro sua suorū
q; salute deuotius orare. In Mediolano construxit monasterium qd appellatur castellaciu

et oppulenter dotauit posuit q; monachos sancti Jeronimi. In eadem urbe fabrice maioris
ecclesie mensuatim quingentos florenos dabat. Rome disposuerat in honorem Virginis
gloriose ecclesiam construere ad instar ecclesie eiusdem que dicitur sancta maria maior ul'
sancta maria ad niues. et iam quosdá ex suis illuc pro hac re miserat. Misit etiam multa
florenorũ milia pro reparatione ecclesie sancte marie de bethleem ubi corpus bte virginis
gloriose ab apostolis delatum fuerat. et de qua dicit beatus Jeronimus q' miro opere la
pideo erat tabulata. ſ; prohibente soldano infideli opus non habuit effectum. Papie i
fundatione ecclesie sancti Antonij obtulit florenos centum et totidem in ecclesia sancte
marie de carmelo papie. ac totidem sancte marie dyocesis cremonẽsis que uulgo dicit
de caroberto per me misit. de quibus fecit fieri pulcerrimum paramentum quod usq; in
hodiernum diem ibidem seruatur. Alijs inumeris ecclesijs multa in pecunia et iocali
bus donauit de quibus longum esset dicere. Fecit etiam iocale pulcherrimum brachij
sancti antonij de vienna ornatum lapidibus pretiosis inter quos robinum posuit
multis milibus aureis extimatum. Et archam beati Augustini papie opus egregium
ut pluries dixerat perficere disponebat. Atqui moror. Duo que superexcedunt omnia suc
pietatis officia diuiserim ad que nunc uiribus omnibus intendebat. primum uinere di
ruptam quassatam et diu laceratam dei ecclesiam sumptibus suis nil aliud quirens a
regibus et principibus xpianis q' super hoc eorum consensum. Vnde pro hac materia iá
ad quendam principem legatum miserat vñabilem magistrum unum in theologia or
dinis mei. Secundum opus ad quod intendebat erat pacem ponere in imperio. ad hoc
totis feruebat omnia q; parauerat ut ecclesiasticis atq; Augustus romani principes
pace et benuolentia iungerentur. S; tam optimus principis an nostri flagitia an qd
aliud obstiterit soli deo linquamus. Dicat ergo de se dux noster magnificus qd de fnica
dixit optimus uates scribens uirum pium. Sum pius eneas. i. sum pius Johanes Galeaz
fama super ethera notus. Há pietas ad omnia utilis est. scribitur p̃me thimotheus iij.

Nõ.

Stella tertij radij.

Sequitur tertia stella huius radij que est clementia. Facta enim egregia principis
et exempla uirtuosa plus prouocant subditos ad imitationem q' imperia. ut inqt clau
dianus ad Imperatorem Theodosium. Componitur orbis regis ad exemplum. Sic dux
noster sibi dictum putauit illud Virgilij Eneydos. vj. Hæ tibi erunt artes paci q; impo
nere morem parcere subiectis et debellare superbos. Et ideo sua clementia multos atti
xit ad sui imitationem et amicitiam multos ad iugum atq; subiectionem. ut propter
hanc uelut alter Augustus cesar pater patrie diceretur. Et licet ut Julius cesar occi
dentem Magnus pompeius orientem Scipio affricanus meridiem Marius septentri
onem oris patrijs. sic noster dux ab oriente occidente septentrione atq; meridie ml'
tas urbes atq; oppida regno patrio subiugauerit semper clementior et humilior fact'
est. attendens illud Senece primo de clementia dicentis. Excogitare nemo quicquaz
poterit qd magis decorum sit regenti q' clementia. Ideo clementia roborabitur thro
nus eius. scribitur proúbior. viij. Nunquid ad eius clementiam uelut ad tutissimũ
portum confugere nobiles etruscorum populi armis indomita et colla subiere suo iugo
uolentes. ut nobiles ciuitates pisarum et perusina in quarum laudibus multa dicere
erat animus ſ; non est presentis speculationis. atq; ciuitas Senarum que nullius unq'
principis senserat habenas. hũc ducem ut patrem et dominũ dulciter amplexata est.
Et tu nobilissima Bononia studiorum mater et alumpna digni ssima fessa cede et san
guine tuorum magis clementia huius principis uicta es q' armis. pacem diu et req
em quesieras nec inueniebas pacem ac requiem sub alis huius tui paranimphi felic
ter inuenisti. In hoc ergo gaude te coniunctam nobis. et nos una tecum gaudere debemus
te nostram habere consortem. Hoc uotum postulauit hic princeps a deo ante sui decessũ
ut pacem uideret in dei ecclesia atq; imperio si minus in Italia si minus in lombardia.
quod nouissimũ habuit sibi uincta Bononia. Multe alie urbes et oppida sub hui ducis

clementia militare uoluerunt. ſz quia non fuit cupidus inuasor rerum aliarum illas spreuit.
Fuit enim contentus suis finibus sciens q' uepricosi et lubrica sunt humanorū gradus ascē
sum tremulus uertex precipitium horrendum et q' egre conscenditur ad eminentē statū
anxie ibi consistitur grauiter inde ac repente descenditur. Et o q̄ multa se offert materia
dicendi in eius laudes ſz frenabo impetum hanc partem concludens. Omnia nanqz fecit
quibus esset amabilis potius q̄ timendus. quadam hinc mansuetudine atqz clementia
hic munificentia et liberalitate mirabili. ut merito de ipso uobis dicā qd scribitur psalmo
.cx. Virtutē operū suorū annuciauit populo suo. Et sic patet de tertio radio corone iiii ducis.

Quartus radi?. In posteriori autem radio sunt alie tres stelle. s. Magnificentia Intelligentia et humi
litas. De eius nanqz magnificentia scribitur primi paralipomenon. xxviij. Dedit illi gliam
deus qualem nullus habuit. Si enim huius gloriose domus uicecomitis exordia quisqz
prospiciat certe ut de hac quidam doctus ait vates. Cesareos numerabit auos numerabit
Julum. Et patrem Eneam per longa exordia dicet progenies antiqua Jouis gratissima
terras Que ligurum regit et iustis moderatur habenis. Et quia multi oblatrant sicut
canes ad lunam et sicut ceci de coloribus iudicant dicentes domum uicecomitum nō
esse nobilem uel antiquam ideo placuit eorum exordium per successionem usqz in pre
sens deducere. ut si nolunt laudare saltem tacere discant uel muti. Anglus ergo filius
Ascanij filij Enee filij Anchisis ex venere uxore filia Jouis uenit ad has ligurie par
tes et edificauit ciuitatem Anglerie a quo hic dux noster nouellus anglus appellatur.
qua edificata sibi primum imposuit regium diadema et dictus est primus rex angle
rie. a quo descendit Anglus iunior rex Anglerie et mediolani. a quo descēdit Ascanius
iunior rex anglerie et mediolani. a quo descendit Abida rex Anglerie et Mediolani.
a quo Sisoch rex anglerie et mediolani. a quo Julus rex Anglerie et mediolani. a q̄
pucentius rex Angleie et mediolani. a quo Elimach rex Angleie et Mediolani. a q̄
Gemebundus rex Angleie et Mediolani. a quo Albanicus rex Anglerie ⁊ Mediolani
cuius tempore Romulus edificauit romam. a quo Astatius rex Anglerie et Mediolani.
cuius tempore Numa pompilius rome regnauit. a quo Fallaramundus rex Anglerie
Mediolani et tuscie. a quo alter Elimach rex anglerie mediolani et tuscie. a q̄ Rechi
rex anglerie mediolani et tuscie. a quo Bellonesius rex totius Italie. a q̄ Brunisceu
dus rex totius Italie. a quo Briennius rex anglerie et mediolani. a quo alter Bru
niscendus rex anglerie et mediolani qui debellauit gallicos. a quo Agates rex anglie
et mediolani. a quo Rutilaus rex anglerie et mediolani. hic romam debellauit. a quo
alter Fallaramundus rex anglerie et Mediolani. a quo Bridomarus rex anglerie et
Mediolani. a quo Lutius rex anglerie et mediolani. cuius tpre magnus pompeius et
Julius cesar conflictum iniere simul. Et hic cessauit regium diadema per aliquos ānos.
post de eadem Anglerie domo surrexit Vbertus uicecomes qui extra portam nouam
mediolani ubi nunc sita est ecclesia sancti dyonisij magnum draconem infestū urbi
singulari certamine claua peremit. a quo maximianus rex Anglerie mediolani et
totius ligurie. hic missus a papa Gellasio contra theodoricum regem barbaruz atqz
arrianum totam infestantem Italiam de ipso uictoriam obtinuit. atqz ab eodem pon
tifice pro se suis qz multas dignitates adeptus est. A quo Milo rex anglerie et mediolani. a quo Rolandus rex anglerie et mediolani. hic edificauit arcem Anglerie cum puteo mirabili. qui usqz hodie dicitur puteus rolandi. A quo alter Milo rex anglie et mediolani. a quo Aliomus rex anglerie et mediolani. hūc Alboynus primus rex longobardorū in aduentu suo priuauit diademate regio. Nam tunc temporis Mediolanum destructa erat ab odoacro rege gothorum ex quo dictus Aliomus nondum re paratis menibus ciuitatis ab Alboyno se defendere nequiuit. remansit autem comes anglerie. A quo Galianeus comes anglerie. a quo perideus rex anglie. hic plura bella contra romanos feliciter gessit. A quo Rachis rex longobardorum. a quo Agistulfus

Nō Geonologiam ducis.

rex longobardorũ qui maximam familiaritatem habuit cum pipino rege francorũ. a quo
desiderius nouissimus rex longobardorũ qui claruit anno dñi .vij. vj. victoriarũ felicissi
mus inter quas de .ccc. milibus sarracenorum romá et castrum de vico in quo papa adri
anus et rex karolus magnus dicti regis cognatus obsessi erant gloriosum duxit triũphũ.
captis ex eis .xxij. regibus cum .cc. milibus armatorũ. et septuaginta milibus eorũ cesis.
A quo Bernardus comes angleric. a quo Guido comes angleric. A quo Berengarius im
perator totius italie cuius extant pulcherrima priuilegia quibusdam papie monasteriis
elargita que uidi et legi suoq; sigillis impresso capite. A quo vgo imperator totius italie
A quo alter berengarius imperator totius italie. cuius ut de superiori diximus extant pri
uilegia papie. a quo adebertus eius filius imperator totius italie. a quo Atto comes An
gleric et leuci. A quo fulcus comes angleric. a quo obizo comes angleric. qui fuit mare
scallus primi ottonis imperatoris et monasterium de Arona fundauit. A quo facius co
mes angleric. a quo heripandus vicecomes ex comitibus angleric. qui dictus est miler
milenarius eo q' sub se mille milites haberet. hic in singulari certamine bauerũ nepo
tem conradi impatoris mediolanũ obsidentis deuicit et amputato capite in dedecus pa
tri illum suspendi fecit per pedes in archu triumphali qui tunc erat extra portã romana
Mediolani. A quo otto vicecomes qui cum Gothofredo de bugono ad terram sanctã acqui
rendam properauit et quendã regem sarracenorũ uiperam cum homine excoriato super
galeam gestantem singulari certamine deuicit illius q; galleam capiti suo iposuit et ad p
petuam rei memoriam toti suc posteritati portandam tradidit. A quo Andreas comes An
gleric. a quo Galuaneus comes angleric et dñs Mediolani. hic a suis proditus fuit ma
nibus q; frederici impatoris barbe rubee traditus qui et mediolanũ destruxit et hunc
Galuaneum cum .xxij. comitibus angleric et quibusdam nobilibus mediolani ut pre
dictam domũ funditus destrueret secum alemaniam ad perpetuũ exilii duxit. ipsos q;
regio dyademate et comitatu priuauit. et ab inde usq; in hodiernũ dicti sunt vicecomites.
Et hic domus angleric maximũ passa est dispendium. Et quorum reliquijs interpolatis
temporibz postea surrexit vbertus vicecomes de Juorio de predicta domo angleric, a quo
descendit obizo et otto Archieps et dñs mediolani. a quo obizone Tibaldus vicecomes
uir armis strenuus. A quo magnus Matheus dñs Mediolani et multarum urbium lom
bardie. a quo plures filij et quidã eorum dñi mediolani. s. Galeaz Johes archiepiscopus
et dñs Mediolani. Luchinus Marcus et Stephanus. A quo Stephano Galeaz dñs medio
lani. qui Galeaz cum comite de Aynaldo Jerusalem peruexit ibi q; ab eo baldeo militari suc
cinctus est. deinde galliam ueniens in singulari certamine quendã militem uicit ac eius
exuuias in signum victorie deportauit leonẽ in igne cum cimerio et baculum tenentem
cum duabus segijs pendentibus. A quo noster Inclitus dux Johes galeaz de quo nunc
memoria agitur. Et a quo Johes maria Anglus nunc dux nouissimus. et philippus co
mes papie. Et hec ex eorum annalibus elicui. Nunc de parentelis et affinitatibus eius
dicamus. Nam hic dux noster nono etatis suc anno domnã Elysabeth filiã Illustrissim
regis francorũ Johis in uxorem duxit. que erat neptis karoli impatoris filij Johãnis
regis boemie et Marchionis morauie. que fuit soror regis francorũ karoli. et ducis
andegauie. ducis bituric. et ducis burgundie. que fuit auuncula karoli nũc regis
francorũ et ducis aurelianensis. Ex qua genuit filiam valenciniam quam dicto duci
aurelianensium matrimonio copulauit. ex qua extant pulcherrima germina filiorum.
Item consanguineus erat in quarto gradu cum dño Imperatore cõstantinopolitano.
Nam mater patris dicti Impatoris fuit soror Comitis sabaudie patris dñe Blance hui
nostri ducis genitricis. Erat insup consanguineus regis hispanie ex quadã cõsanguinea
domus sabaudie illi coniugio copulata. Item cum rege anglie nã filius suus domnus
Leonetus dux clarentie dñam violantem eius sororem duxit uxorem. Item cũ rege
cipri cui unã ex consanguineis dñam Anglesiam consortio dedit. Item cum ducibus

austrie bauarie atq; marchionibus musinésibus parentelas habebat ex cosanguineis
eis matrimonio traditis. Cum ceteris autem marchionibus comitibus principib; mul
tas fecit parentellas. de quibus nimis longum esset numerare. Nam si michi lingue cen
tum forent ora q; centum ut ait Virgilius. tuas non possem dux inclite magnitudines
enarrare. Gaude igitur in hac vrbs mediolanésium quia plus glorie tibi contulit dux hic
tuus in recuperatione antique dignitatis tue ducatus videlicet q̃ qui tuorũ meritum
primum fundamenta posuere. Nam te totam illi obsequiosam prebe et qd̃ non potes i
patre saltem in filio tuas gratitudines rependere duce nũc Johanne maria anglo. Et tu
nobilissima papia olim regum longobardorum sedes magnifica gaude non q̃ tuũ sponsũ
atq; comitem perdideris. s; q̃ brachio suo ad antiquam libertatem tuam redacta es. cuius
libertatis tibi successorem reliquit magnificum philippum comitem. quem tuo sinu foue
et maxima diligentia serua. Dicamus g̃ duci nostro illud psalmi. xcvj. Eleuata est magni
ficentia tua o pater patrie super celos. Dicamus item de patre et filijs atq; omnib; uiris
de domo viceccomitum illud qd̃ scribitur ecc̃ xlvij. Isti sunt viri quorum pietates non
defuerunt. et cum semine ipsorum perseuerat bona hereditas nepotum eorum. Semen
eorum et gloria eorum non derelinquetur.

Seda stella quarti radij.

¶ Sequitur secunda stella huius radij que est Intelligentia quam habuit in mutatione re
rum mundanarũ. sciens scriptum esse daniellis sedo. Ipse enim mutat tempora 7 etates
transfert regna atq; constituit. S; oro te memorande princeps dic nobis de sepulcro
quid de tua aliorumq; sorte videatur. Et respondet. O uos qui hic astatis attendite et u
dete. Attendite premaxime superbi et alti principes attendite inq̃ rebelles dei. Attẽdite
cetus omnis. Vbi sunt cesares atq; reges non modo uetusti s; quos nostra tulit etas.
Vbi eorum tremente maiestates. Querite de istis et de me ubi nunc corpore habitemus
ostendentur uobis exigua sepulcra exornata ingenijs artificum forte etiam gemmis
auroq; micantia ut est ambitiosa non modo uita hominum s; mors secundum illud
principis poete. Vnos ducent de marmore uultus. Vbi sunt epygrammata quoq; magni
fica et tituli altisoni s; manes. quos si legis obstupeas. Vbi nunc satellites armati. Vbi
puellarum greges. Vbi ganimedes regius ad poculum deputatus. Vbi cochinc artifices et
callidi sectores altilium. Vbi purpurea uestis et ostrum substratum pedibus 7 cornipedes
aurea frena mandentes. Vbi suppellex curiosior et uasa corinthia et damascenorum la
bor artificum. Vbi spectacula cantus et epule. Vbi tot lenocinia uoluptatum. lutei q; cor
pusculi tantis ornatis. et uertet dyademate radians et baltheo rutilante succinctus ue
triculus. et stellantes digituli spolijs india maris et sculptorum ingenijs. Ad postremuz
ubi conuiuae imperiosa. ubi filij sicut nouelle plantationes. et filie circũornate ut simili
tudo templi. que nuper blando attractu et dulcibus osculis non duraturi patris colla mul
cebant. O flebilis et infelix prorsus transformatio. omnia michi in uermes inq; serpen
tes omnia tandem in nichilum abiere. Ergo quicunq; es inq̃ dux noster Memor esto iudicij
mei sic erit et tuum. scribitur ecclesiastici. xxviij.

ertia stella uarti radij.

¶ Sequitur tertia stella huius radij que est humilitas. que in nostro duce profunda fuit. Vn
de patres notate mimbilem erga ducem nostrum dei prouidentiam ex qua se cognouit de nu
mero electorum non reproborum. dicente deo. Ego quos amo corrigo et castigo. Nunq̃ dux
iste aliquid prosperitatis aut letitie habuit in hac uita mortali quin statim post a deo tange
retur aut in membris aut in fama aut rebus ex quibus mancem temperaret letitiam 7 elec
tum a deo se cognosceret. imitatus principes romanos qui dum curus triumphales agerẽt
obprobrijs et percussionibus eorum letitia temperabatur. Et ideo sciens misericordiaz dei
esse infinitam in seipsum humiliatus reseratis q; luminibus mentis ante sui creatoris
maiestatem reminiscere cepit quotiens illum offenderat. quotiens in hac uite cursu ces
pitauerat quotiens aberrauerat. quotiens offenso pede ceciderat. quot pudenda. quot
dolenda quot penitenda cõmiserat. Meminit a quo factus erat et quantũ sibi prestitã

fuerat et quanti beneficij deo debitor extiterat. Senserat etiam quia pulvis erat et i pulverem
resoluendus. ex cuius salubri consideratione manibus cancellatis in modum orantis cum
gemitibus et lacrimis atq; amarissimis singultibus deo illud psalmiste dicebat. Delicta iu
uentutis mee et ignorantias meas ne memineris domine. atq; illud aliud. Miserere
mihi dñe quoniam infirmus sum sana me quoniam conturbata sunt ossa mea. Vsus
consilio Augustini dicentis. proice te in eum noli metuere non se subtrahet ut cadas.
proice te securus excipiet et sanabit te. Proiecit ꝯ se in eum et receptus est. pulsauit
apertum est ei. petit et accepit. quesiuit et inuenit. iuxta euangelicum documentum. Quib
peractis accersito uno de suis fidelissimis scribi fecit oia sua peccata que per omnem
etatem cõmiserat. quibus diligenter confessis sacramentis q; ecclesie deuotissime
susceptis membris omnibus sui corporis incolumis integro aspectu atq; auditu. sa
na mente sanoq; consilio. ad extremam horam ueniens astantibus suis et clero
psallentibus ultimam uocem scilz In manus tuas dñe cõmendo spiritum meum
cum spiritu creatori suo reddidit a quo acceperat ad sedes pacificas angelorum
ut pie credimus iam perlatum. ubi dei misericordiam et salutem anime sue inue
tam multo ditior effectus q̃ quisqua regum cum pompis suis omnibus iter quas
ceci superbiunt. siu q; ducatus habenas nobilissime proli sue strenuissimo q; nunc
duci mediolanensium regendas ac moderandas feliciter reliquit. nunc cuncta ex
alto despiciens. Patet igitur pars nostra minor probata uidelicet. Q; dux noster
inclitus mente celo deditus eterni ducis signa mirifice est secutus. ꝯ bene cõclu
ditur q̃ posuit eum scilz deus ducem uirtutum uniuersarum qd̃ fuit probandum.
Corona ergo aurea sup caput eius expressa signo sanctitatis glorie honoris ⁊ opus
fortitudinis. scribitur ecclesiastici. xlv. Duci ergo nostro psoluamus illud maroneũ
In freta dum fluuij current dum montibus umbre lustrabunt Conuexa poli dum
sidera pascet Semper honos inclite dux nomen q; tuum laudes q; manebunt. Gaude ꝯ
Magnifice dux dignus eterna memoria iterum dico gaude de caduco te fragili q; do
minio ad celeste ut pie credimus hinc translatum. nos q; una tecum ad easdez sedes
dum tempus aderit duc feliciissimas. Ad quas dignetur altissimus nos omnes trans
ferre qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

6

Exordium Genealogie a qua descendit Comes Vicecomitis filius posteris per lineam rectam dimissis collateralibus fratribus permun de castelleto ordinis heremitarum sancti Augustini pater anno ccccxij. die xxvj. mensis Januarij. Ad laudes et eiusdem comes Dux Mediolani Johanes Galeaz cum inter quos maximi fuere principes. Ordinate per Ma Augustinum Sacri loci beati Augustini de papia. ut infra dicti Illustrissimi Ducis..

.ASCANIVS REX.
hic Ascanius iunior fuit rex Anglerie et Mediolani.
iur bellorum fortissimus sagacissimus. qui cum
rex Mediolani factus fuisset tot prouinciae
pacem indixit.
ABIDA REX.
hic Abida fuit rex Anglerie et Mediolani. et pugnas
indixit Britiensibus sibi rebellantibus. quos post
multa bella suppediauit.
.SISOCH REX.
hic Sisoch fuit rex Anglerie et Mediolani. feliciter
qi rebellantiu fuit. alpiscoriensis sibi rebelles.
IVLVS REX.
hic Iulius fuit rex Anglerie et Mediolani. dictus
Insubriu. et dominatus fuit ligurie alpiscorie
atqz tuscae. quam sibi subegit.
PVCENTIVS REX.
hic Pucentius fuit rex Anglerie et Mediolani.
et multiplicibus bellis perpetuis Italiaz cu
parte Alemanie possedit.

. ELIMACH REX.
hic Elimach fuit rex Anglerie et Mediolani.
impauit q3 feliciissime Alemanis/carinthys/atq;
ytalis
. GEMEBVNDVS REX.
hic Gemebundus fuit rex Anglerie et Mediolani.
et fines ytalie bello concussit ac flama ferro q3
destruxit. multos q3 populos sua fortuna ad gre
mendum perduxit.
. ALBANICVS. REX.
hic Albanicus fuit rex Anglerie et Mediolani.
cuius tempore Romulus edificauit Romam.
qui barbaras nationes ubiq3 debellatus fuit.
ASTATIVS REX.
hic Astatius fuit rex Anglerie et Mediolani.
cuius tempore Huma pompilius Rome regnauit.
hic astutum martius caput totius marche
fame cuiusdam oxii rebellem destruxit.
FALLARAMVH VVS. REX.
hic Fallaramundus regnauit Anglerie/medi
olani et Tuscie/que sibi predecessor bella re
bellis fuerat ad sui gremii felia marte redu
xit.

ELIMACH REX.

hic Elimach regnauit Angliere mediolani ⁊ tuscie
et gallos in yttaliam properantes cum nece
cuncta redire coegit.

RECHIVS REX.

hic Rechius regnauit Anglere mediolani ⁊ tuscie.
qui sua humilitate et sapia partes alemanie
uidelicet ultra rhenu ⁊ citra ille due puinciae suo
noie rethia prima ⁊ rethia secda appellate sunt..

.BELLONESVS. REX.

hic Bellonesius fuit rex totius italie. et prouicias
in multos ducatus diuisit. cuius tempore
partes citramontane gallia cisalpina dicte
sunt.

BRVNIS CENDVS REX.

hic Brunischendus fuit rex totius italie. et
bellum inuiit thuscis rebellibus ac subiectis
gallis q̃ sagacissime dominatus fuit..

.BRIENNIVS. REX.

hic Briennius fuit rex Anglere et Mediolani.
ceteras q̃ partes ytalie multo bello cecissit
et veronas sibi rebellem abstraxit..

puto hujus meminisse Claudianum.

. LVTIVS. REX.
hic Lutius fuit rex Angierie et axediolam. cuius tempore magnus pompeius et iulius cesar conflictum iniere simul. et cessant corona regia p tpis.
. VBERTVS. VICE COMES.
hic Vbertus vicecomes. de predicta domo Angierie singulari certamine magnum draconem axediolai infestum/ clava peremit.
. MAXIMIANVS. REX.
hic Maximianus fuit rex totius ligurie/ et ad mandatum pape Gellasij/ theodoricum regem arrianum de italia expulit. iacet axediolam in sco Ambrosio.
. MILO REX.
hic milo fuit rex Angierie et axediolam. qui ciuitates Angleriam mirabiliter ornauit/ et contra gothos et barbaros nationes/ plura bella feliciter gessit...
. ROLANDVS. REX.
hic Rolandus fuit rex Angierie et axediolam et edificauit aream Angierie cum pulchro ibidem mirabili qui usq nunc dicitur pulcrus Rolandi...

.MILO REX.
hic Milo fuit rex Angleric et axdiolani. hunc nomine sedis. et de partibz lombardie destructores fidei et ecclesiarum dei expulit.
.ALIONVS. REX.
hic Alionus fuit rex Angleric et Mediolani. hunc regno priuauit Allowynus primus rex longobardorum. et comitem dimisit Angleric.
.GALVANEVS. COMES.
hic Galuaneus fuit comes Angleric. hic mortuo Allowyn plima bella feliater gessit cõtra duces longobardorum. et auitatẽ Angleria ab ipis accupatã feliater obtinuit.
.PERIDEVS. REX.
hic peridens fuit rex Angleric. et plurima bella contra Romanos feliater gessit.
.RACHIS. REX.
hic Rachis rex fuit longobardorum tribz annis post sponte relinquens regnum cum vxore & filijs uestit monachali est indutus. iacet papie in sẽcta maria de caccis.

. AGISTVLFVS. REX.

hic Agistulfus rex longobardorum maximam fa
miliaritatem habuit cũ pipino rege francorum.
iacet papie in scõ Marino. ubiq; multa corpa scõrum
honorifice condiuit.

. DESIDERIVS. REX.

hic Desiderius ultimus rex longobardorum. ccc.
sarracenorũ deuicit. Adriani papam. et karolus
magnum. ab eorum obsidione liberauit. cuius
ex eis. xxij. regibus. et. lxx. eorum cesis.

. BERNARDVS. COMES.

hic Bernardus fuit comes Anglerie. filius dicti
desiderij. qui regno priuato. comitatum angle
rie patrimonium suorum. et predecessorum mi
rabiliter ampliauit.

. GVIDO COMES.

hic Guido fuit comes Anglerie. qui una
cum patre Bernardo mediolanũ a karolo
magno destructum reparauit. ac magni
fice ampliauit..

BERENGARIVS IMPERATOR.

hic Berengarius abstulit imperium a francis et impe
rauit toti italie annis. xij. vir prudens marmis. bel
lum gessit cũ romanis et uicit. Excecauit Ludouicũ
xij. imperatorẽ verone. et amauiauit..

.VGO. IMPE RATOR.

Hic Vgo post Berengarium imperauit in Italia annis. VI. qui capellaz scæ Tecle Mediolani ubi est crux cui clauo xpi opere mosayco deaurari fecit.

BEREN GARI VS. IMPERATOR.

Hic Alter Berengarius cum Adeberto filio suo imperauit in Italia annis XI.

.ADEBERTVS IMPERATOR

Hic Adebertus cum patre Berengario postq̃ imperauerat annis. XI. in Italia a primo Ottone bauariam in exilium perpetuo ducti sunt..

ATTO COMES.

Hic Atto fuit comes Angleterie et Leuo. qui cum Mediolanus habuisset sue patrie maximus defensor semper fuit.

FVL CVS COMES.

Hic Fulcus fuit comes Angleterie. qui suos rebelles de Mediolano et comitatu fugauit.

.OBIZO. COMES.
hic Obizo fuit comes Angleric et Marescallus primi ottonis imperatoris et monasterium de Arona fundauit. ubi corpora beatorum fuit gratiam honorifice reposuit.
.FATIVS COMES.
hic Fatius fuit comes Angleric. qui maximarum virium et corporis stature fuit. necnon a cunctis amabilis extitit..
.HERIPRANDVS VICECOMES.
hic Heripprandus vicecomes de Angleria bauerium nepotem conradi imperatoris singulari certamine uicit. et per pedes suspendi fecit in ardu triuphali extra portam romanam mediolani.
.OTTO. VI CECOMES.
hic Otto uicecomes reuicto quadam rege sarracenorum viperam gestante cum homine excoriato toti sue posteritati portandam tradidit portant q; hodie omnes vicecomites.
.ANDREAS COMES.
hic Andreas fuit comes Angleric. qui contra conradum imperatorem se insultantem patrie sue sagacissimus defensor fuit.

GALVANEVS COMES.

Hic Galuaneus fuit comes Angleric 7 dns
mediolani. et per Fredericum imperatorem
priuatus comitatu et dominio ei tota do
mo Anglie. 7 dicti sunt postea vicecomites.

.VBERTVS VICECOMES.

Hic Vbertus uicecomes de iuorio de predicta do
mo Anglerie plures habuit filios inter quos obizo
et otto Archiepiscopus et dns mediolani..

.OBIZO. VICECOMES.

Hic obizo vicecomes filius dicti vberti..
fuit. 7 ei in loco de iuorio pmaneret ei otto
ne meli archiepo frē suo sēp ꝗ furriianos i
bell' fuit. 7 ei? posteritas mediolani dminium
pmeruit.

.TIBALDVS VICECOMES.

Hic Tibaldus vicecomes fuit vir armis strenuus.
hic fuit in ꝗ plurimis bellis in seruitiis
ottonis Archiepi et domini mediolani
patrui sui.

MATHEVS VICECOMES.

Hic Matheus vicecomes fuit dns mediola
ni et multarum vrbium lombardie. huit q
plures filios dominij successores..

.STEPHANVS. VICECOMES.

Hic Stephanus vicecomes fuit vir armis illustris. obsessit regem robertum in lanua. felix prole potenti. papiam q: cepit de manibus comitis Richardini de langusco.

.GALEAZ. VICECOMES.

Hic Galeaz vicecomes uirtutis potens magnanimus et liberalis. aduersariorum domitor. multa de se memoranda reliquit premaxime in edificijs.

.IOHANNES GALEAZ. DVX.

Hic Dux et comes Io. Galeaz suos predecessorum honores recuperauit. et dignitates seu titulos plus quam magnificus victorijs felicissimus ac de uno honore plenus.

IOHANNES MARIA ANGLVS. DVX.



Hic Io Maria Anglus dux mediolani et comes Anglie adolescens annor. XIII. illaris uultu? plenus omni bona spe. qui genitoris uirtutum laudes mirificas.

.PHILIPPVS MARIA. COMES.

Hic Philippus Maria comes papie puer annor. X. iocundi aspectus oculatus sagax. strenuus festiuus. ultra q: sua patiatur etas. ducis filius.

PETRI DE CASTELLETO SERMO